



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

Venerabilis Beda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

VENERABILIS BEDA.

In Homil. Dominic. 3. post Pascha.

SI C V T mulier nato in hunc mundum homine lætatur : ita Ecclesia nato in vitam futuram fidelium populo, dignâ exultatione repletur : pro qua eius natuitate multum laborans & gemens in præsenti , quasi parturiens dolet. Nec nouum debet cuiquam videri, si natus dicatur : qui ex hac vita migrauerit. Quomodo enim consuetè nasci dicitur, cùm quis de vtero matris procedens , hanc in lucem egreditur : ita etiam rectissimè potest natus appellari, qui solutus à vinculis carnis, ad lucem sublimatur æternam. Vnde mos obtinuit Ecclesiasticus, ut dies beatorum Martyrum, siue Confessorum CHRISTI, quibus de sæculo transferunt, NATALES vocitemus, eorumque solemnia, non luctuosa funebria, sed NATALITIA dicantur.

NATA-